

1653

A S C E T I C I.

1654

R. 2042 Codex membranæus germ. Sec. XV. Folior. nunc 186. f. per duas columnas luculente scriptus, rubricis, et cujusvis Libri initio picturato speciosus, per varios Possessores olim ad Parthenonem *Thalbacensem* O. S. *Francisci* prope *Bregentium*, atque inde ad nos delatus continet *Ottonis Passaviensis* O. S. *Franc.* Sec. XIV. *Conventus Basileensis* Lectoris Opus Asceticum dictum XXIV. *Seniores*, vel *Thronus aureus*, vulgo *Die XXIV. Alten*, sive *der guldin Thron*. Egi de eo *Kol. I. P. 2. col. 2164.* unde hic satis fuerit observare, primas Membranas usque ad extrema *Septimi Senioris* excidisse, terminarique Codicem hac miniata Clausula: *Geschriben vnd geendet ist dicz buch In dem iare alz man zeleet nach cristi geburt vierzehenhundert iar vnd dar nach in dem funffe und drissigisten iare. an sand margrethen abent.*

DCXCIII.

R. 63 Codex partim membranæus, partim chartaceus ital. Sec. XV. Folior. nunc 92. 4. luculente et eleganter scriptus, rubricisque distinctus est *Specchio di vera Penitenza* autore *Jac. Passavantio Florent.* ex Ord. *Praed.* qui annum 1357. supremum habuit. Opus ob nitorem nascentis *Hetrusci* Sermone celebratissimum, et ideo receptum inter fontes magni illius *Lexici*, quod *Academici* dicti *della*

Crusca adornarunt, saepiusque editum, puta *Florentiae* 1495. 4. 1579. 12. 1581. 12. 1585. 12. 1681. 12. 1723. 4. 1725. 4. *Venetis.* 1586. 8. 1608. 8. &c. De Autore adi *Jul. Negri Scritt. Fiorent.* et *Scriptores Ord. Praed.* ubi tamen nulla mentio de *Versione Libb. Augustini de Civit. Dei*, et IV. *Concionum e T. Livii Historia*, quae illi a quibusdam tribuitur. Vide *Jac. M. Paitoni Bibliot. degl' Aut. volgariz.* T. I. p. 10. et T. II. p. 218. Exemplar nostrum, quod sane dolendum, utrinque mutilum est; incipit enim a *Distinct. IV. Cap. 3.* his verbis: *(fos) tenere leintollerabile et eterne pene dellonferno.* Exemplo. *Leggesi che nerreame difrancia fue uno nobile huomo &c.* et abrumpitur in *Tractato della humilta* Cap. 3. his verbis: *Cosi trouiamo che fa iddio intanto che etiam dio le sententie date riuoca* — —. Ita Codex; recentiores vero Editores scribendi rationem aevo nostro adcommodarunt. *Dominicum Chavalca* s. *Cavalca Vicanum* pari celebritate *Sodalitii* *Dominicani* Ascetam, similiterque in *Lexicon* supra dictum cooptatum Sec. XV. eodem titulo *Trattato della Penitenza* scripsisse, vix est, quod *Literatores* moneam; neque etiam, *Theod. Bezan* Sec. XVI. *Passavantii* nomine abusum fuisse.

DCXCIV.

Codex chartaceus ital. lat. Sec. R. 87 XVI. f. Fasciculum *Epistolarum* XIX.

L1 3

XIX.

1655

CODICESA

1656

XIX. continet gaudentem sequenti titulo: *Originali Lettere del gloriosissimo S. Carlo Borromeo Arcivescovo di Milano; Cardinale amplissimo di S. Romana Chiesa del Titolo di S. Prassede con la Sottoscrizione della propria sua Mano, dedicate alla S. Maesta Ces. di Ferdinando Secondo Nostro Graciosiss. Signore.* Qui brevi Adlocutione dicat, est *Job. Franc. Arquatus*, ille fortassis, quem patria *Tarvisinum* in *Portu Naonis Protomedicum* egisse et circa an. 1608. scripsisse *Medicum Reformatum* testatur *Mazzuchellius* in *Scrutt. d'Italia Vol. I. P. 2. p. 1120.* ad quem an e *Tabulario Episcoporum Vercellensium*, an vero e *Domo illustri Ferreriorum* pervenerint, ignoro. Sunt enim omnes scriptae ad *Card. Guidonem Ferrerium* et quod e *Matre Borromea*, et eximiis animi dotibus, et *Subfraganeus Archiep. Mediolanensis* esset, *S. Carolo* multum acceptum. Ab *Amanuenfibz nitide exaratas* subsignavit ille singulas hac ratione: *Humill^o Ser^{ie} C. Car^{ie} Borromeo.* Versantur autem circa *Res ecclesiasticas, officia Episcopi, negotia Dioeceseos, celebrationem Synodorum, acta apud Pontificem, idque inter annos 1562—66. partim Roma, ubi Carolus Pio IV. Pont. adesse debebat, partim Mediolano datae, et quidem sermone italico praeter XII. XIII. XVI. XVII. XVIII. quae Latinae sunt.* Atque ut usus ejus, qui sanctissimi et sapientissimi Praefulis nostri *Epistolas* univas in unum lectas olim vulga-

re in animum induxerit, quodammodo ferviam, en singularum initia et chronologiam,

I. *L' officio, che V. S. Ill^{ma} ha fatto &c. Roma. 20. Febr. 1563.*

II. *La Città de Faenza &c. Roma. 5. Oct. 1562.*

III. *Tengo quattro lettere &c. Roma. 24. Oct. 1562.*

IV. *Ho ricevuto la lettera &c. Roma. 19. Dec. 1562.*

V. *Se dopo la morte del S^{or}. Conte mio fratello &c. Roma. 6. Jan. 1563.*

VI. *Tengo avviso da Mr. Paolo Patrocino &c. Roma. 6. Mart. 1563.*

VII. *Il partito che V. S. Ill^{ma}. propone &c. Roma. 24. Mart. 1563.*

VIII. *Hauendo io comunicato &c. Roma. 24. Jul. 1563.*

IX. *Innanzi all' arrivo delle lettere &c. Roma. 28. Aug. 1563.*

X. *La lettera di V. S. Ill^{ma}. di 28. &c. Roma. 11. Dec. 1563.*

XI. *Quanto prima hò potuto &c. Roma. 25. Oct. 1564.*

XII. *Quam utiles quamque necessariae sint &c. Roma. 30. Sept. 1564.*

XIII. *Cum a sacrosancto Tridentino &c. Roma. 15. Apr. 1564.*

XIV. *Il desiderio che hò di servir &c. Roma. 16. Dec. 1564.*

XV. *Ho ueduto quanto V. S. Ill^{ma}. &c. Roma. 10. Febr. 1565.*

XVI. *Exemplum litterarum quas mihi &c. Mediolano. 29. Maj. 1565.*

XVII.

1657

A S C E T I C I.

1658

XVII. Non ignorat Amplitudo
V. &c. Mediolano. 2. Oct.
1565.

XVIII. Mihi erat in animo con-
stitutiones &c. Mediolano.
13. Sept. 1566.

XIX. Questa mia sarà per uistar
&c. Roma. 29. Apr. 1564.

Praeter ipsum hoc Exemplar
extat in Bibliotheca etiam Apo-
stolica aeo, ut videtur, Dan.
Nesselii sumtum.

DCXCV.

E. 47. a Codex membraneus gall. Sec.
XV. Folior. 305. f. maj. per du-
as columnas eleganter exaratus,
praeter initiorum literas auro co-
loribusque speciosas, pictura fron-
tis Redemptorem in atrio templi
sedentem adgeniculantibus diver-
sae conditionis et professionis vi-
ris feminisque, et Sacerdotibus
ad latera peccatorum confes-
siones excipientibus referente deco-
ratus, adpicto inferne Scuto ad
extinctam, ut videtur, *Ramburio-
rum* Familiam pertinente, cum re-
liqua *Eugenii Sabaudi* Bibliotheca
in Caesaream transiit. Incipit ille
minio: *Cy commence le prologue
du liure de la vie de nostre saul-
ueur ihesucrist. Fundamentum ali-
ud nemo potest ponere ut ait a-
postolus &c.* Habemus igitur *Ludolphi*
seu *Leutholphi de Saxonia*
Viri piissimi, qui ex Ord. Praed.
in Carthusiam *Argentini*. transgres-
sus medium Seculi XIV. vivendo
non adtigat, Meditationes in Vi-
tam Servatoris divisas in *Capita*,
quarum singula in sacram Preca-

tionem definunt. Pluries jam illae
Sec. XV. typis datae sunt, etiam
versione gallica, quae interpre-
tem prodit F. *Guilelmum le Me-
nand* O. M. teste *Quetifo* in *Scriptt.*
O. Praed. T. I. p. 568. Est vero
et alia Versio, si *Deburium* in *Cat.*
Bibl. Valler. T. I. p. 43. audias,
autore *Job. Mansel Hesdinensi*,
unde, quamnam e duabus *Codex*
noster referat, dicere non habeo,
in Curiosorum tamen gratiam ad-
scribam initium: *A ledifice spiritu-
el nul ne peut mettre autre fon-
dement fors cellui qui y est lequel
est nostre seigneur ihesus. Saint au-
gustin dit que dieu est chose souve-
rainement souffisante et homme est
chose souverainement defaillante.
Et que dieu est tel bien que nul
bien ne peut uenir a ceulx qui le
delaiissent.* &c. Continet porro
Pars haec I. *Capita* LXI. quorum
Elenchus ad calcem *Codicis* jacet,
Capite ult. inscripto: *De locupa-
cion de marthe, et du repos de
marie sa seur.* Itaque deviat ab
Exemplo latino, cujus *Pars* I.
protenditur usque ad *Capita* XCII.
et *Confessionem Petri*. Perperam
etiam *Cap. ult.* subjungit *Preca-
tionem*, quae non ad *Martham* et
Mariam, sed ad *Mulierem Sama-
ritanam* et *Cap. LXII.* pertinet.

DCXCVI.

E. 47. b Codex membraneus gall. prae-
cedenti in omnibus par, Folior.
324. est *Pars* II. *Ludolphi de Sa-
xonia de Vita Christi*. Icon fron-
tem exornans *Historiam Mulieris
Samaritanae* ad fontem eleganter
reprae-